



**Petri Venerabilis Abbatis Cluniacensis; Illvstrivm
Miracvlorvm Libri II**

Petrus <Cluny, Abt>

Coloniæ, 1611

D. Petri Cluniacensis Abbatis Vvlgo Petrvs Venerabilis dicti, Libri primi de
Miraculis Prologvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64969](#)

D. PETRI CLV-
NIACENSIS ABBATIS
VVLGO PETRV S VENE-
rabilis dicti, Libri primi de
Miraculis

PROLOGVS.



V M inter Spi-
ritus Sácti cha-
rismata gratia
miraculorū nō
paruam obti-
neat dignita-
tem , vtpote
quæ tantam in se continet vtilita-
tem, vt maximè per illam & mun-
dus ab infidelitatis tenebris libe-
ratus , & æterno lumine veritatis
donatus fit, & adhuc in multorū fi-
delium cordibus, quibus aliquandò
hoc videre datur , per eam fides au-
geatur, spes crescat, veritas confir-
metur, indignari s̄pē soleo , cur ea
quæ nostris tēporibus proueniunt,
cū non sit qui ad illa scribenda ani-
mū applicet, quæ prodeſſe legenti-

A 4 bus

DE MIRACVLIS

bus manifestata poterant, infru-
ctuoso silentio tecta dispereant.
Vnde quoniam nullum adhæc nisi
me cogere poteram, malui quolibet
stilo ea aggredi, non pauens de præ-
sumptione tantæ rei iudicari, & ut
antè à quodam dictum est, ad tam v-
tilem rem explicandam, me magis
esse volui quàm neminem. Et ne diu
suspensum lectorem teneam, à dig-
niori parte incipiens, quæ de cor-
pore Domini moderno tempo-
refacta miracula ad me per-
venire potuerunt, nar-
re incipiam.

EXPLICIT PROLOGVS.

CAPIT.